



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

I. Episcopus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

## E

## Episcopus.

**E**piscopus potest in sua diœcesi, quod potest Pontifex in toto orbe, nisi specialiter reservetur. Vnde non potest dispensare in sponsalibus, l.i. disp. 51. n. 3. Nec in impedimento, cuius est cœbenta dispensatio bona fide, & in separatione datur magnū scandolum, sed tantum dissimulare, l.2. disp. 38. n. 11.

2 Episcopus potest dispensare, quando dictum est deductum ad forum contumaciam, & falsa informatione, aut probatione, aut probationis defectu, sius absolutus est. Concil. nim intelligitur quando illa deductio habuit effectum, lib. 2. disp. 37. n. 12.

3 Episcopus potest dispensare in impedimentis matrimonium diuidentibus post matrimonium contractum in casu magnæ necessitatis, quando impedimentum est occultum matrimonium publicum; & est scandalum separatione, & difficilis aditus ad Pontificem propter inopiam, interueniente bonâ fide, si tem ex parte unius contrahentis, quāuis locitatem neglectæ sint, aut relictæ ex Ordinatione dispensatione; & sint diuites, existente Româ longissimâ, & instanti periculo incontinentia, licet sint duo impedimenta occulta. Secundum dicendum, quando in his omnibus casibus est facilis recursus ad Nuntium Apostolicum habentem potestarem ad dispensandum, libr. 2. disp. 40. n. 2. usque ad 8.

4 Epis-

4 Episcopus potest aliquando dispensare in impedimento matrimonij dirimenti, antequam matrimonium contrahatur, quando virginissima necessitas id postulat, v.g. si accedit mulier manè fastura, & reperiatur impedimentum dirimens, cuius detectio magnā infamiam, notabilemque produceret; & sunt omnia iam parata ad nuptias vespere celebrandas, & tentatis omnibus medijs nulla datur evadendi via, sed orierur suscipio vehemens alicuius criminis detecti in confessione, si fœmina se abstineat à nuptijs, aut differat, dum obtinetur Pontificis dispensatio. Medium tamen, quod potest dari ad desistendum ab illo contractu matrimonij absque infamia, est vovere fœminam castitatem ad tempus, v.g. per mensem, consulente confessario, & dicere cōsanguineis, se vovisse castitatem, iussumq; sibi esse a confessario, vt à nuptijs abstineat, donec impetretur dispensatio, non explicando votum fuisse ad tempus. Et si non sufficiet, tūc Episcopus potest dispensare in impedimento, lib. 1. disp. 40. nu. 7.

5 Episcopi potestas ad dispensandū in impedimentis occultis, est solum in foro interiore. Dicitur autem occultum, quando publice non constat, nec facilè constare potest, periculumque non est, vt in foro externo detegatur, lib. 2. disp. 40. nu. 10. & 11. Item potest delegare hanc potestatem, quamvis ex priuilegio competat dignitati; nisi sit momenti,

K 3

vt con-

ut conferre beneficia, lib. 2. disp. 40. n. 13. &c.  
que ad 17. Idem dicendum de omnibus casibus,  
qui solum ratione necessitatis competit. ibid.

6. Episcopus potest dispensare in lege Pon-  
tificia, vel Concil. in casu urgentis necessi-  
tatis, non patente aditu ad Pontificem, lib. 2. disp.  
40. n. 3.

7. Episcopus potest dispensare in voto ex-  
stitatis ad contrahendum matrimonium, vi-  
gente magna necessitate, quando non potest  
consuli Pontifex, & adest periculum inconti-  
nentiæ in mora, &c. lib. 2. disp. 40. n. 7.

8. Episcopus non tenetur alere clericum  
quem bonâ fide absque vero patrimonio ini-  
tiavit, vel quando postea calu perijt, lib. 6. di-  
sp. 32. n. 7. & 8.

9. Episcopatus non dirimit matrimonium  
iure naturali, nec diuino, sed solum Eccle-  
siastico, ratione voti castitatis annexi. Unde  
Episcopus confirmatus, & nōdum promovet  
ad sacerdos ordines, potest transire ad nuptias, lib.  
7. di. 28. n. 13. Item castitas est annexa Episco-  
patui de iure Ecclesiastico, ratione ordinis  
facti, lib. 7. disp. 27. n. 7.

10. Episcopus non potest in sua diocesi im-  
pedimenta matrimonij statuere, attentâ reser-  
uatione, lib. 7. disp. 1. n. 9.

11. Episcopus non peccat, conferens ordi-  
nes minores, aut primam tonsuram, nō habet  
intentionem ulterius ascendendi. Laude tamē  
dignus est ille, qui non vult conferre illos  
pueris,

pueris, nisi ipsi adulti sint, alias eorum parentes iurent, bona intentione ascendendi postea ad ordines sacros, se velle ordines minores, aut primam tonsuram, lib. 7. disp. 31. num. 18. & 19.

12. Episcopus potest cogere exemptos impeditentes reuocationem coniugis ex suo ministerio, sed non cum censuris, suspensione, vel interdicto, quando habeant tale priuilegium, lib. 7. disp. 33. n. 21. 22. & 23.

13. Ut coniugatus possit fieri Episcopus, se perest necessaria professio vxoris in religione, & non sufficit esse yetulam, & cum castitatis voto in saeculo manere, lib. 7. disp. 4. num. 1. 2. & 3.

14. Episcopus, cum quo dispensatur, vt consecrationem differat, potest retinere beneficia, lib. 8. disp. 1. nn. 24.

15. Episcopus tanquam delegatus procedit, quando in Trid. vel alibi committitur aliquid ipsi tanquam Sedis Apostolicae delegato; vel dum dicitur, auctoritate nostra dispensa, libr. 8. disp. 2. nn. 10.

*Error.*

1. Error differt ab ignorantia, quatenus desiderat semper aliquam praeviam cognitionem; ignorantia vero minimè. Sed utrumque dirimit matrimonium, & non potest contingere error personæ absque aliqua illius personæ notitia ex visu, aut saltem auditu, & fama, libr. 7. disp. 18. nn. 1. & 2. Qui dirimit matrimonium:

K 4

iure: